



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 90. Occisorum, ac captivorum numerus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

abstrahitur, cæsa suorum potissima Sæcul. XVI.  
parte.

A.C. 1525

§. XC.

*Occisorum, ac captivorum nu-  
merus.*

In acie cæsa, aut Ticini undis submersa  
sunt octo, vel ut scribit Guicciardini  
nus novem millia Gallorum, quos inter,  
præter eos, quos jam paulo ante recen-  
suimus, numerabantur Comes de Ton-  
nere, Hector Borbonii Nothus, Petrus  
de Rohan, Calvimontius, Buffins de Am-  
basia, Durasius, Turnonius, Buzancyus,  
Bopreus, & Sangelasius, Villemorus, &  
Ludovicus de Arlia. Ingens præterea  
captivorum erat numerus, ex quibus  
præcipui Henricus Albretus Navarræ  
Rex, Franciscus Borbonius Comes  
S. Pauli, Ludovicus Nivernensis, Fuxus  
& Montinorentiacus Marescalli, Nothus  
de Sabaudia magnus Franciæ Magister,  
Antonius de Rupe Fucaldi, Fleurangius, *De la Roche*  
Brionius, Sourdis, Lorgesius, Roche-*du Maine*,  
potus, Montejanus, Rupe-cenomanensis,  
Meillarayus, Montpesatus, Boissyus,  
Curronus, Langeyus, Montlucus, Fri-  
dericus de Bosolo, pluresque alii. Ca-  
piebatur insuper Brundusiensis Episco-  
pus Papæ Legatus, qui tamen Lainoyi  
jussu mox liber dimissus est, nec minus  
Comes

**Sæcul. XVI.** Comes Sancti Pauli, & Fridericus de  
A.C. 1525. Bossolo excubiis auro corruptis liberta-  
tem suam redemerunt: Fuxus vero Ma-  
rescallus & Sabaudiæ Nothus multis  
vulneribus confecti in carcere obierunt.  
At ex parte Cæsareorum non nisi septin-  
genti aut forte octingenti fuere des-  
iderati. Ceterum Theodorus Trivultius  
& Candiere, quos Trimollius Medio-  
lani reliquerat, unacum urbis præfido-  
cedentes, in Gallias reversi sunt.

## §. XCI.

*Obsequia capto Regi exhibita.*

*Ant. de Vera Hist. de Charl. V. p. 112.* Interim Franciscus I. potius veluti Rex,  
quam captivus habebatur, imo ipse  
etiam Piscarius, qui Galici exercitus  
impedimenta ceperat, cuncta, quæ Re-  
gis erant, eidem restitui jubebat: Rex  
vero, quæ secum adhuc deferebat, mu-  
tatis vestibus, præcipuis Belliducibus  
dono dedit, & quidem Piscario Mar-  
chioni equi sui ephippium, frænum, ac  
breviora sclopeta donaverat. Vespe-  
re facto Rex publice cœnabat, præci-  
puis tam Hispanis, quam Italis, & Ger-  
manis Belliducibus eidem inservienti-  
bus, quos Rex, ut & ipsi mensæ accum-  
berent, rogabat, quod tamen non nisi  
post iteratas preces ab eis obtinuit.  
Postera die Prorex Regem ad arcem  
longe